


GEORGII PRAY
BIBLIOTH. REG. SCIENT. VNIV. VNG. QVONDAM PRAEFECTI
SERIES CHRONOLOGICA
PALATINORVM VNGARIAE


E DIPLOMATIBVS COLLECTA
CVM
PRAEVIO COMMENTARIOLO
DE
VETERI PALATINATVS PROVINCIA

E
SCHEDVLIS MSS. AVCTORIS
PER FRANCISCVM TOLDY EIVSDEM BIBL. PRAEFECTVM
EXCERPTA.

(SZILÁGYI SÁNDOR)

BVDAE,
TYPIS REG. VNIVERSITATIS VNG.
M. DCCC. LXIII.







QVAM OCCASIONE
DVM
EMINENTISSIMVS ET REVERENDISSIMVS
CARDINALIS ARCHIEPISCOPVS PRINCEPS PRIMAS
VNGARIAE
IOANNES SCITOVSKY
DE NAGYKÉR
PER REGIAM SCIENTIARVM VNIVERSITATEM VNG.
IVBILARIS
THEOLOGIAE DOCTOR RENVNCIARETVR
PVBLICVM REI MONIMENTVM
ESSE VOLVIT
EADEM REGIA VNIVERSITAS
PESTINI DIE VI. APRILIS
M. DCCC. LXIII.



rimum a Rege apud nos locum ut dignitate, sic potestatis etiam praerogativa obtinet Comes Palatii, propterea nostris Palatinus communiter, aut Prorex etiam, dictus, etsi vernaculo idiomate adsuta aliunde nomenclatura *Nándor-Ispány* audiat (1). Non vacat

1) Timon Imag. nov. Hung. cap. IX. pag. 43. editionis Vienne-
nensis an. 1754. vocem hanc ita explicat: *Nadur non est
nativum ungaricum, sed adscititium vocabulum, aptum ex
duobus (Nadur) Sclavonicis, significans aulae Praefectum —
— Nec vero id mirum est, quando nomen quoque, quo regem
appellant, Ungari a Sclavis mutuati sunt.* Id mirum non est.
Neque enim cum ex Asia venerunt, reges habuere. Ad hunc
quoque morem, rerum earum, quarum prius usum ignora-
vere, nomina a finitimis mutuati sunt. Vetustius autem illo
nomen est *Nadur-Ispán*. Venit mihi in mentem suspicari,
errorem scribarum in nomen irrepsisse, et veteres scrip-
sisse *Nagy- vel Nag ur*, nam et *hogy* olim scripsere *hog*,
1*



in Palatini nominis et honoris originem generatim inquirere; quando id iam alias Carolus Belius diligenter et accurate fecit. Nostri hanc dignitatem regno coevam, et ab D. Stephano institutam affirmare non dubitant. Satis aperte id declarare videtur Sanctissimus Rex illis Decreti sui verbis: *Nos antiquos et modernos imitantes Augustos, decretali meditatione statuimus genti nostrae, quemadmodum honestam et inoffensam ducerent vitam etc.* (2). Nam qui populo recens ad Christiana Sacra traducto leges ad honeste vivendum praescripsit, credibile est, illum eadem ratione ad normam veterum Augustorum Magistratus quoque instituisse, quorum interesset curare, uti legibus suis honos, et observantia praestare-

ut similia sunt plura. Certe Germani, ut ex instrumentis sub Ladislao Posthumo, item Mathia Corvino liquet, Palatinum semper dixere *Gross Graf*, quod cum *Nagy ur* congruit, ut adeo opus non sit etymologiae causa ad slaviam vocem recurrere. Sic suspicor, non affirmo.

2) Lib. II. in Praefat. §. 1.





tur. Hinc saepe in eodem Decreto occurrunt: *Regale iudicium* (3), *Regalis senatus* (4), *Regale consilium* (5), et his similia. Quae indicio sunt, sapientissimum Regem non minus aulae suae praedestitutis Magistratibus, quam populo conditis legibus prodesse voluisse; quorum supremus cum ex aliarum gentium institutione, quarum normam Divus Rex se imitari testatur, Palatii comes esset, nullum dubium est, quin hic quoque Magistratus Sancto Regi sua incunabula debeat. Si initium seculi XI. non tam vacuum diplomatibus haberemus, esset forte, ut certius aliquid eatenus depromere possemus. Longellinus quidem Cebam ad annum MI. hoc honore primum omnium ab S. Stephano ornatum, eumque in tabulis, quibus coenobium Sacri montis Pannoniae idem Rex fundarat, comprehendi scribit: quod qua auctoritate dicat, non intelligo. Nam ego tabulas illas pror-

3) Cap. 12 et 20.

4) Cap. 14.

5) Cap. 19.



sus autographas vidi legique diligenter, nullum tamen aut Cebae, aut Palatini vestigium isthic deprehendi.

Nec audiendum hoc loco puto Eusebium Verinum, aut quisquis sub eo nomine latet, qui institutionem huius dignitatis Divo Regi abrogat, nulla causa, cur ita sibi videatur, adducta (6). Sed hominis privati, nec, cur ita sentiat, docentis opinio tanti nobis videri non debet, ut receptam ab domesticis scriptoribus universe sententiam convellere existimandus sit.

Quo tamen nihil Longellino derogatum velim, qui apprime compertum habeam, quam saepe optimi etiam scriptores alieno errore, praesertim si ipsos fontes adire non licet, labi possint. Ceterum non est, cur Cebam ex Palatinorum numero propterea excludamus, quod hunc locum scriptorum fere omnium testimonio occupat, et Longellinus in alio forte instrumento, quam quod Tabulas fundati in monte Pannoniae coenobii continet, eundem

6) In Comment. Iurid. crit. pag. 53.

legisse potuerit. Vt cumque id habeat, videtur ex confirmatione foundationis Beati Adriani martyris in insula Szaladiensi ab D. Rege anno MXXIV. pridie assumptionis B. Virginis facta citra negotium confici: Magistratus fere omnes, qui hodie obtinent, paucis demtis, a Sanctissimo Rege ordinatos esse. Nam et Praelatorum, ac regni Baronum aperta isthic mentio fit, tum Parochiani, Curialesque Comites itidem occurrunt (7): cre-

-
- 7) Ex copia authentica: Quia ex officio nobis incumbit invigilare, ut iura, libertates — — Ecclesiarum, et monasteriorum regni nostri nobis a sancta sede Apostolica commissorum, et praecipue Ecclesiae B. Adriani martyris preciosi de insula Zaladiensi per nos — — fundatae, per ministros earundem dispergantur, una cum Praelatis et Baronibus regni nostri ad petitionem religiosi viri Fratris Petri, primi Abbatis eiusdem Ecclesiae anno Dni MXXIV. — — cum essemus in Alba inito Consilio diligenti — — — duximus discernendum — — — ut nullus praeter personam regiam, vel eum, quem elegerit Abbas, populos ipsius monasterii praesumat iudicare, sed a iudicio — — omnium iudicum, et universorum Comitum Parochianorum — — et curialium Comitum regni — — — penitus sint exempti.

dibile autem est, aliquem his magistratibus praestitutum esse, qui prae illis a Rege primam honoris praerogativam haberet, cuiusmodi Palatinum esse constat. Certe instrumentum foundationis Abbatiae Bakon Bélyiensis anni MXXXVII. nonnihil lucis huic coniecturae affundit. Eius clausula idmodi est: *existentibus Hungarie primatibus, Dominico archiepiscopo, Modesto Episcopo, Urzio, Chuncio, Thomeyno Comitibus*. Primatum nomine eos puto venire, qui dignitate ceteros anteeunt, ut igitur Dominicus praerogativam honoris ante reliquos episcopos, ita aliquem ex his, qui in profano ordine censentur, prae aliis comitibus habuerit; quod reipsa, et si forte nondum eo tempore id nomen invaluisse demus, Palatinorum est. Nec enim mihi persuadeo, Andream, huius nominis primum Regem, sub quo certum ex publico instrumento Palatinum Radonem habemus, huius dignitatis auctorem fuisse, cui ob domesticas dissensiones et externa bella vix in mentem venerit, ut de novis honorum praerogativis sollicitus esset. Idem ob eandem causam de Petro et

Samuele existimo. Quod si autem horum aliquem primum fuisse oportuit, ut profecto oportuit, qui Palatii Comitem crearit, non video, cur hanc institutionem Sancto Regi decerpamus, quem praeter Parochianos et Curiales Comites, Senatum quoque regium ordinasse supra ostendi, praesertim, quod non sit improbabile, ut Cl. Schwarzius iam dudum observarat (8), Gilae, cuius Constantinus meminit, dignitatem, quae ab Ducibus familiae Arpadianae primatum in causis ducendis tenuit, ab Stephano in Palatini, si non nomine, re tamen ipsa conversam fuisse.

Itaque veri simillimum mihi fit, Comitis Palatii dignitatem ab Sancto Rege institutam fuisse. Quae Palatini potestas, et praerogativa fuerit, Timon his verbis complectitur (9): *Qui eum*, ma-

8) In Comment. de Samuele rege pag. 45., ubi ostendit *Gilam* ex nostro *Gyűlés* a Graecis detortum, ut solebant fere exterorum nomina mirum in modum luxare. Est autem *Gyűlés*, nobis, *caput*, et *moderator* rerum in conventu cognoscendarum, quae partes omnino Palatini esse solent.

9) Imag. nov. Hung. cap. IX.

gistratum nempe palatii, gerebat, aulae regiae rationes et negotia procurabat. Instante bello et absente a castris rege, omnibus copiis praeficiebatur, aciemque struebat. Quae deinceps accessiones ad hanc dignitatem factae sint, quibus itidem Comitibus ea potestas aliquando fuerit circumscripta, cum locus monebit, summa accuratione referam. Id quod Timon ait, de domesticis aulae regiae rationibus per Palatinum procurari solitis, alii quoque affirmant. Et videtur omnino id unum fere in primordio Palatii Comitum munus fuisse, uti res aulae, cuiusmodi iudicia quoque ob controversias inter palatinales obortas fuere, procurarent. Hinc multorum probabilis opinio est, officia Comitum Palatii, ac Iudicis Curiae in primordio eadem fuisse, donec crescentibus in dies negotiis seiungi haec opus esset, ita, ut praerogativa honoris in iudicatu penes Palatinum resideret. Nec tamen propterea potestatis, ut ita dicam, participatio ad Iudicem Curiae traducta, huic secundum in honore, ut nunc est, locum a Palatii comite tribuit, quod subscriptiones diplomatum,

Iudicem Curiae crebro post Transylvaniae Vayvodas, aliquando etiam post Magistros Tavernicorum, exhibent. Tametsi id nomen, ut cum locus poscet, dicam, primis temporibus aliter, atque aliter in instrumentis efferretur. Ceterum quis modus iudicii Palatinalis olim obtinuerit, in obscuro est. Andreas II. in decreto anni 1231. constituerat, ut in festo S. Stephani Regis, si Rex ipse sollemnitati interesse non possit, Palatinus in sui loco isthic ius diceret. *Sed si nos*, inquit, *non possumus interesse, Palatinus interesse teneatur, et vice nostra causas audiat, et omnes servientes nostri, et alii, qui volunt, libere, et sine timore illuc convenient* (10). Itaque praeter domesticum curiae iudicium, publicum itidem quotannis Albae, si Rex abesset, a Palatino celebratum est. Sub Carolo, et Ludovico Palatinum Hungariam obire solitum Timon scribit (11), ac in quavis provincia in tumultis de industria ad id

10) Citavi id ex Raynald. I. Annal. parte, pag. 233. et 31.

11) Imag. nov. Hung. cap. 9. pag. 41.

factis ius litigantibus administrasse, cuiusmodi tumultos ipse etiam vidi. Hunc morem Corvini etiam temporibus tenuisse, sed postea sensim abrogatum Petrus de Rewa auctor est (12). Inter alias fuit consuetudinis Palatino, ipso regnante Mathia, quotannis singulos regni comitatus peragraré, et de malefactoribus sub dio, super colliculis ad id opera congestis, quorum multi et hodie passim apparent, iudicium administrare, unde iudicium generale, seu Palatinale, aut congregatio generalis Palatinalis appellatur. Illius abolendi propter abusum potestatis, primum consilium hoc Rege inventum, legum transgressores puniendi potestas comitibus attributa, tandemque Vladislai tempore penitus sublata exolevit et evanuit, nullo unquam tempore celebranda, excepto rusticanae insurrectionis casu, quo comitibus rebelles inquirere volentibus processus iudicii Palatinalis concessus fuit.

12) Cent. V. pag. 687. et 88.

Haec ille. Quae tamen iudicii ratio in generali regni conventu A. MCCCCXCII. ex ordinum consensu penitus antiquata est. Decreti verba huiusmodi sunt (13): *Iudicium generale, sive Palatinale, quod congregatio generalis Palatinalis* appellabatur, aboleatur, et a modo nullo unquam tempore celebretur. Ne autem per hoc malefactoribus male agendi data, concessaque videatur licentia, conclusum est; quod si quando comitatus aliquis a latronibus, furibus, homicidis, incendiariis, falsariis, et aliis flagitiosis sentiret se molestari, et tales malefactores, et flagitiosos ibi multiplicari cognosceret, Regia Maiestas ad petitionem illius Comitatus annuere, et eidem liberam concedere facultatem debebit, ita quod Maiestas sua, per Palatinum, vel Iudicem Curiae suae pro tempore constitutum, tales malefactores, et flagitiosos in illo Comitatu exquiri, et exterminari facere habebit. Casu autem, quo aliqui potiores de eodem Comitatu hoc habere, et petere nollent, Communitas

13) Artic. 35.



nobilium ipsius Comitatus *liberam a Regia Maiestate petendi habeat facultatem.*

Præter hæc ex pervetusta regni consuetudine Palatini quoque partes fuere, ut medius inter Regem, et populum, si quid litigii, præcipue fundorum causa, utrinque oriretur, arbitrium haberet (14). Proinde inter ordinarios quoque regni iudices principem locum ab eo teneri constat (15). An autem in castris eas partes obierit, magnopere ambigo. Nam et serius, ut infra ostendam, nec ex officio copias in primordio adversus hostem Palatini ductabant, et longo post tempore, id ab Curiae regiae Iudicibus, qui Regem in bellum proficiscentem comitabantur, factum esse instrumenta docent. Vnum e multis affero, quod Comes Paulus sub Ludovico in castris ediderat (16), cuius hæc Clausula est: *Datum vigesimo secundo die residencie*

14) Decret. I. Vladislai II. anni 1492. art. 33.

15) Ibid. artic. 42.

16) Ex orig.

exercitus regii versus Croaciam moti. — — Anno Domini MCCCXL. sexto. Cuiusmodi omnino complura occurrunt, ex quibus constare liquido possit, etsi Palatinus a copiis non abesset, iudicii rationes tamen a Iudice curiae administratas fuisse.

Militarem Palatini dignitatem in ductandis exercitibus, si Rex abesset, serius adiectam opinor. Nec enim ad eum, qui res aulicas curaret, per se se videbatur attinere, ut militiam quoque, alius prorsus generis scientiam, profiteri necesse haberet. Qui in hac opinatione sunt, videntur mihi Palatini praerogativas medii aevi ad vestusta tempora haud satis verisimiliter traducere. Nec enim ullus ante Radonem Palatinum, qui A. C. MLVII. sub Andrea I. ea dignitate ornatus erat, copias in hostem duxisse legitur, qui traducto in Slavoniam bello, ex spoliis, et exuviis monasterium S. Demetrii construxerat, idque auctarium ad Quinqueecclesiensem episcopum esse voluit (17).

17) Prim. Annal. parte p. 59.

Sub Divo Stephano Vencelinus, ut communis nostrorum est opinio, in Cupam belli Imperator declaratus est, sub Petro, et Samuele qui fuerint, nihil est memoriae proditum, quod ipsi armorum cupidi summam rerum belli tempore administrarent. Proinde verisimile est, has muneris partes serius Palatino fuisse creditas.

SERIES PALATINORVM.

1000. *Ceba.*
1030. *Aba*, alias Samuel.
1055. *Zache.*
1056. *Rado.*
1057. *Rado.* *)
1064. *Acha.*
1072. *Vidus.*
1075. *Jula.*
1085. *Jula.*
1087. *Nicolaus* a).

*) Sub Salamone, in privilegio eiusd. authentico, verum sine dato, dicitur Radovan Palatinus Comes. *Nota Anonymi.*

a) Huius chronotaxim nondum potui detegere, est tamen in instrumento S. Ladislai, quo abbati S. Martini montis Panoniae donationes facit, expressus. Verba, ut Andreas II.

1091. *Petrus* b).
 1100. *Joannes Uros*, seu Janus filius Urasa.
 1108. *Joannes* idem.
 1111. *Joannes* idem.
 1113. *Joannes* idem.
 1124. *Lambertus*, Ladislai Regis Sororius.
 1127. *Michael Fausal*.
 1138. *Fausal*.
 1139. *Fausal*.
 1145. *Bela* alias Belus.
 1148. *Gerseon*, simul Judex Curiae.
 1156. *Belus*, ex Bano Palatinus.
 1157. *Belus* idem.

anno 1223. ea transumi fecit, huiusmodi sunt: *Confirmavimus tertiam partem Danubii, et piscaturae integraliter*, quae Tana dicitur, quae castrensibus Zuluga Jaurien. et udvornicis regiis de villa Geney contingebat, cum tota tertia parte voraginis, quae vulgo Güreny dicitur, — — praecipue consensu Nicolai Comitis, tunc temporis Palatini nostri, cuius *tertia pars ad Palatinum pertinebat*.

- b) In litt. fundat. Monasterii Simeghiens. vid. Menard. hist. de Nismes. T. 1. Preuv. chart. 12. pag. 24. (Regii proventus erant duae tertiae).

XIX

1163. *Thomas*.
1165. *Ompud*, ex Bano Palatinus.
1166. *Thomas*.
1172. *Ompud*, ex Bano Palatinus.
1175. *Farkass*.
1183. *Farkass*.
1184. *Dionysius*.
1186. *Thomas*.
1188. *Mogh*, seu Moch, simul C. Bachiensis.
1190. *Mogh*.
1193. *Mogh*, deinde eodem anno *Dominicus*,
simul C. Budrughiensis.
1195. *Dominicus*.
1196. *Farkass*.
1197. *Esau*, simul C. Bachiensis.
1198. *Mogh*.
1199. *Mogh*.
1200. *Henricus*, simul C. Pösoniensis.
1201. *Mogh*, simul C. Bihoriensis.
1202. *Mike*, simul C. Bihoriensis.
1203. *Benedictus*, simul C. Bichoriensis.
1204. *Benedictus*.

1206. *Mogh.*

1207. *Chephanus*, filius Stephani C. Bachi-
ensis.

1208. *Chephanus* de Hedervára.

1209. Poth, seu *Poch de Hedervara*, C.
Musuniensis.

1210. *Poch.*

1211. *Poch*, C. Musuniensis.

1212. *Banko*, simul Banus Dalmatiae et C.
Köviensis.

1213. *Nicolaus*, simul C. Chanadiensis.

1214. *Nicolaus*, simul C. Bodrughiensis *).

1215. *Jula.*

1216. *Jula.*

1217. *Jula.*

1218. *Jula.*



1219. *Nicolaus* filius Bors. C. Supruniensis.

1220. *Nicolaus* C. Supruniensis.

1221. *Nicolaus* C. Supruniensis.

1222. *Jula Magnus*, C. Bodroghiensis.

*) Manu Anonymi.



1223. *Idem.*
1223. *Philippus*, C. de Szepes et Ujvár.
1224. *Jula.*
1225. *Jula.*
1226. *Jula.*
1227. *Nicolaus* filius Bors, C. Supruniensis.
Eodem: *Dionysius Vialka* de Hedervára.
1228. *Dionysius.*
1229. *Moys c).*
1230. *Moys.*
1231. *Dionysius.*
1233. *Dionysius.*
1234. *Dionysius.*
1235. *Dionysius d).*

c) Fuit Belae IV. Regis iunioris. Litterae autographae sic:
Bela Dei gratia rex, primogenitus regis Hung. — — unde
nos cum nostro Palatino Dionysio — — sententionavimus
contra infideles servos Abbatis (Monasterii de iuxta Gron)
quod semirasis capitibus eidem Ecclesiae redderetur. Da-
tum per manus Mathiae Zagrab. Ecclesiae Praepositi aulae
nostra Cancellarii, anno gratiae 1229.

d) Hoc anno Hiolen, seu Jolantam Andreae II. filiam, Jacobo

Eodem: *Villermus Drugeth* de Homonna.

1238. *Dionysius*.

1239. *Dionysius* Palat. et C. de Zolnok *).

1240. *Ladislaus* C. Simighiensis.

1241. *Arnoldus*.

1242. VI. Id. Maii *Arnoldus*, et eodem anno
XVI. Cat. Decembr.

Ladislaus.

1244. *Dionysius de Vialka* ex Bano Palat.
et eodem anno VIII. Cat. Decembr.

Ladislaus.

Arragoniae reginam comitatus est Barcinonem, ut habet
Chron. Barcinonense Tom. III. Spicileg. Dacherii. pag. 141.
*Reginam in Hispaniam proficiscentem comitati fuerunt Episcopus
Quinqueecclesiensis et Comes Dionysius, cui cognatio cum
regina erat, qui magnis praemiis a rege donatus, et filios
habuit Andream Dionysium et Gabrielem Dionysium: atque
inde Dionysiorum familia oritur maxime insignis atque illu-
stris, quae in Urreas insita fuit. In Urreas probabilius error
cubat, et rescribi debet Bors, de hoc Andreas II. in Diplo-
mate Tom. III. Miscell. profan. pag. 67. ita: quod Bors
Comes Dominici Bani filius noster cognatus etc.*

*) Manu Anonymi.

1246. *Ladislaus.*
1247. *Stephanus de Chák.*
1251. *Rolandus Belae IV. et*
Conradus Stephani.
1252. *Dionysius de Vialka.*
1253. *Henricus*, alias quoque *Detricus*, si-
mul *C. Zoliensis.*
1254. *Rolandus*, simul *C. Psoniensis.*
1255. *Rolandus C. Psoniensis.*
1257. *Rolandus.*
1260. *Thomas et*
Henricus, simul *C. Psoniensis.*
1263. *Dionysius.*
1267. *Laurentius Poch* de Hedervára, simul
C. Simighiensis et Supruniensis.
1268. *Laurentius Poch*, et eodem anno:
Henricus.
1270. *Laurentius Poch*, et post hunc
Moys, seu *Moyses*, *C. Supruniensis.*
1271. *Moys.*
1272. *Moys.*

1273. *Rolandus*, simul Banus Machoviensis,
et post hunc eodem anno:

Laurentius Kemén e), simul C. Supruniensis et Baranyiensis.

1274. *Dionysius* de Oklich. Post hunc eodem anno

Rolandus, et postea

Dionysius.

1275. *Dionysius*, post hunc vero

Nicolaus, simul C. Supruniensis.

Rolandus Palat. *).

1276. *Nicolaus*.

1277. *Nicolaus*.

1278. *Matthaeus*, C. Soproniensis et Simighiensis.

1278. *Petrus* f).

1281. *Pintha* (Fintha).

1284. *Nicolaus*, C. Simighiensis et Albensis.

e) In Diplomate Andreae III. de anno 1291 ita: *Magister Kemen Comen de Barana, filius Laurentii quondam Palatini*.

*) Manu Anonymi.

f) Vide Tom. I. Dipl. prof. pag. 26. in II. Divisione.

1285. *Nicolaus* filius Henrici quondam Bani totius Slavoniae.

1286. *Mokyanus* g).

Post Mok, alias quoque Mogh, fuit an.

1287. iterum *Fintha*.

1288. *Petrus*, simul C. Poseniensis et Musuniensis.

1290. *Matthaeus*.

1291. *Omodaeus*, et post hunc IV. Id. Martii. *Nicolaus*.

1292. *Nicolaus*, C. Simighiensis, Poseniensis, Tolnensis et Albensis.

1295. *Omodaeus* *).

1298. *Joannes*.

1300. *Opor*, sive Petrus, Matthaei pater.

1302. *Matthaeus* Trinchiniensis de genere Chak.

g) Credo more hungarico, qui baptismale nomen cognomini postponunt, quasi legas: *Mok János*, seu Joannes Mogh. Instrumentum ita habet.

*) Manu Anonymi.

1304. *Stephanus* Comes de Borsod.
 1308. *Omodaeus* de genere Haba, eodem an.
Coposchus, sive Kopasz.
 1311. *Stephanus* filius Erney Bani.
 1313. Magister *Dominicus*.
 1315. *Dominicus*.
 1316. *Matthaeus* C. Trinchiniensis.
 1317. *Dominicus*, post hunc eodem anno
Nicolaus, et IV. Non. Augusti rursum
Dominicus.
 1318. *Dominicus*.
 1320. *Joannes*, post hunc
Dominicus Magnus de Hasznos.
 1322. *Dousa* de Debrucsun seu Debrecen h)
 (nisi forte idem sit cum Dominico priore). Post
 hunc eodem anno
Philippus, Comes de Scepus et Uyvár.

h) Vt colligitur ex praeceptorio mandato pro Laurentio de
 Billye et Ladislao filio Dérs. Datum in Debrecen in octava
 Epiphaniarum A. D. 1322.

*) Manu Anonymi.

1323. *Philippus* Drugeth de Homonna, simul
C. Scepusiensis et Abaujvariensis.

1324. *Philippus*.

1325. *Philippus*.

1326. *Philippus*.

1327. *Philippus*.

1328. IV. Cat. Maii vacat.

1329. *Willermus*, seu *Wilhelmus* de Drugeth.

1330. *Joannes* Drugeth de Homonna *).

1333. *Joannes* Drugeth.

1334. *Wilhelmus* Drugeth.

1335. *Wilhelmus*.

1336. *Wilhelmus*.

1338. *Wilhelmus*.

1341. *Vyllermus* **).

1342. *Nicolaus* Gileti.

1343. *Nicolaus*.

1344. *Nicolaus* Konth de Hedervára.

1345. *Nicolaus*.

*) Manu Anonymi.

**) Manu Anonymi.

1347. *Nicolaus.*

1349. *Nicolaus.*

1350. *Nicolaus.*

1351. *Nicolaus.*

1352. *Nicolaus* Gileti, Palatini cognominis
filius.

1353. *Nicolaus.*

1354. *Nicolaus.*

1355. *Nicolaus.*

1356. *Nicolaus* Konth de Hedervára.

1357. *Nicolaus.*

1358. *Nicolaus.*

1359. *Nicolaus.*

1360. *Nicolaus.*

1361. *Nicolaus.*

1362. *Nicolaus.*

1363. *Nicolaus.*

1364. *Nicolaus.*

1365. *Nicolaus.*

1366. *Nicolaus.*

1367. *Nicolaus* Konth.

Ladislaus Dux Opuliae.

1368. *Ladislaus* Dux Opuliae.
 1369. *Ladislaus* Dux.
 1370. *Ladislaus* Dux Opuliae et Velunensis.
 1372. *Ladislaus* Dux Opuliae *).
 1373. *Emericus* i).
 1374. *Emericus* k).
 1375. *Nicolaus* de Gara.
 1376. *Nicolaus*.
 1378. *Nicolaus*.
 1379. *Nicolaus*.
 1380. *Nicolaus*.
 1381. *Nicolaus*.
 1382. *Nicolaus*.

*) Manu Anonymi.

i) Ex Orig. Nos Emericus Regni Hungariae Palatinus — — memoriae commendamus — — quod ipso Domino Ladizlao Duce et Palatino per Dominum nostrum Regem in Dominium regni Ruzzie sublimato, ipsoque honore Palatinatu per regiam Maiestatem nobis collato etc. Datum in Vyssegrad MCCCLXXIII.

k) In octavis B. Georgy Mart. post Emericum Palatinum officium Palat. vacat, cui tandem succedit Nicolaus Gara. *Nota Anon.*

1383. *Nicolaus.*
1384. *Nicolaus.*
1386. *Nicolaus de Széch.*
1387. *Nicolaus*, et eodem anno
Stephanus.
1388. *Stephanus.*
1389. *Stephanus.*
1390. *Stephanus* 1).
1391. *Stephanus.*
1392. *Leustachius* de Ilsva, C. Albensis, et
Detricus Bubek de Pelseucz.
1393. *Leustachius* de Ilsva.
1394. *Leustachius* simul C. Albensis.
1395. *Leustachius.*
1396. *Leustachius* *).
1397. *Detricus* Bubek.
1398. *Nicolaus de Gara iunior.*

l) Ex sigillo.

m) Anno 1394. feria quarta proxima ante festum B. Lamberti Martyris, in literis Joannis Praepositi de Saagh. Cadit autem festum B. Lamberti in diem 17. Septembris.

*) Manu Anonymi.

1399. *Detricus de Bubek.*

1400. *Nicolaus Martzalthegny.*

1401. *Detricus Bubek.*

1402. *Nicolaus de Gara.*

*Detricus Bebek Palat. *).*

1404. *Nicolaus.*

1405. *Nicolaus de Gara.*

1406. *Nicolaus.*

1407. *Nicolaus de Gara n).*

1409. *Nicolaus.*

1410. *Nicolaus.*

1411. *Nicolaus.*

1412. *Nicolaus o).*

1413. *Nicolaus.*

1414. *Nicolaus.*

1415. *Nicolaus.*

*) Manu Anonymi.

n) B. Keller habet Anno 1407. Dominicum Bubeck de Pelseöcz. Palat. *Nota Anon.*

o) Idem 1412. Jobus, aliis Nicolaus de Gara Palat.; ego tamen in variis Instrumentis ab An. 12. usque 32. semper Nicolaum de Gara deprehendi. *Nota An.*

1417. *Nicolaus.*
1418. *Nicolaus.*
1419. *Nicolaus.*
1420. *Nicolaus.*
1422. *Nicolaus.*
1423. *Nicolaus.*
1424. *Nicolaus.*
1426. *Nicolaus.*
1427. *Nicolaus.*
1429. *Nicolaus.*
1430. *Nicolaus.*
1431. *Nicolaus.* Post X. Cat. Martias
Laurentius de Hedervára.
1432. *Nicolaus de Gara.*
1434. VI. Cat. Dec. vacat; postea autem
Matthaeus de Palocz.
1435. *Matthaeus.*
1436. *Matthaeus.*
1437. *Laurentius de Hedervára.*
1438. *Laurentius.*
1439. *Laurentius.*
1443. *Laurentius.*

1444. *Laurentius.*

Eodem anno 1444 *Ladislaus de Gara* *).

1447. *Ladislaus de Gara.*

1449. *Ladislaus de Gara.*

1450. *Ladislaus.*

1454. *Ladislaus* **).

1455. *Ladislaus.*

1456. *Ladislaus* p).

1457. *Ladislaus.*

1458. *Ladislaus*, et post hunc eodem anno
Michael Országh de Guth.

1462. *Michael.*

1463. *Michael.*

1464. *Michael.*

1465. *Michael.*

1466. *Michael.*

1467. *Michael.*

1468. *Michael.*

*) Manu Anon.

**) Manu eiusd. Anon.

p) Alii male legunt: Udalricus.

1469. *Michael.*
 1470. *Michael.*
 1471. *Michael.*
 1472. *Michael.*
 1474. *Michael.*
 1475. *Michael.*
 1476. *Michael.*
 1479. *Michael* q).
 1483. *Michael.*
 1485. *Emericus Zapolya*, C. Scepusiensis.
 1486. *Idem* *).
 1489. IX. Cat. Julii vacat.
 1490. *Ladislaus* de Gereb, Vice Palatinus.
 1492. *Stephanus Zapolya* C. Scepusiensis r).

q) B. Keller A. 1480. Urbanum de Nagy Luché Episcopum Agriensem inter Palatinos locat; fors Locumtenens. *Nota Anon*

*) Manu Anonymi.

r) In anno Dni MCCCCXCII. 29. die Martii, hoc est feria 5 proxima post festum annunciationis B. Mariae V. D. Stephanus de Zapolya C. Scepusiensis creatus est Budae in Palatinum, cui pro annuo Salario ratione huiusmodi Palatinatus ordinati sunt fl. $\frac{m}{1111}$, eidem in salibus f. $\frac{m}{11}$ Ita Liber Rationum sub Wladislao II. confectus 1494. et 95.

- 1493. *Stephanus.*
- 1494. *Stephanus.*
- 1495. *Stephanus.*
- 1498. *Stephanus Zapolya.*
- 1499. *Stephanus* † sub finem anni.
- 1500. *Petrus Gereb de Vingarth.*
- 1501. *Petrus.*
- 1502. *Petrus.*
- 1504. *Emericus Perén*, C. Abaujvariensis.
- 1505. *Emericus.*
- 1506. *Emericus.*
- 1508. *Emericus.*
- 1511. *Emericus.*
- 1514. *Emericus.*
- 1515. *Emericus.*
- 1516. *Emericus.*
- 1517. *Emericus.* s)
- 1518. *Emericus.* t)

s) B. Keller Stephanum Báthori iam 1517. habet inter Palatinos.
Nota Anonymi.

t) Hunc Istvanfius Wladislao regi praemortuum scribit, ita-

1518. *Stephanus Báthori.*
 1519. *Stephanus.*
 1522. *Stephanus Báthori* *).
 1523. *Stephanus.*
 1525. *Stephanus.* Eodem anno per tumultum
 in conventiculo Hatvaniensi :
 Stephanus Verböczius.
 1526. *Stephanus Báthori.*
 1527. *Stephanus.*
 1528. *Stephanus* , qui ad vitae exitum ex parte
 Ferdinandi Palatinus fuit.
 1529. *Michael Kessereus* Zapolyae Palatinus.
 1530. *Joannes Bánfy* (Joannis reg. *Man. An.*)
 1532. Ludovicus Gritti Gubernator.
 1534. *C. Alexius Thurzo Locumtenens* , et
 Judex Curiae u).
 1543. *Franciscus de Reva Locumtenens* , et

que anno 1514. aut in principio anni 1515. Quod tamen falsum esse notavi in Dissertat. de Prioratu Auranae pag. 73.

*) Manu Anonymi.

u) A. 1543. moritur. *Nota Anon.*

Paulus de Varda archiepiscopus Strigoniensis,
Locumtenens.

1544. 45. et 46. *Paulus de Varda* aequē *Locumtenens* Regius *).

1549. *Franciscus de Reva*, idem qui supra
etiam 1550 **).

1550. *Emericus* (*Franciscus*?) *Ujlaky*, Episcopus
Jauriensis, *Locumtenens*.

1552. *Franciscus Ujlaky Locumtenens*.

1553. *Thomas Nadasdi* fit Palatinus ***).

1554. *Thomas de Nadasd* Palatinus x).

1562. *Nicolaus Olahus* Arch. Strigon. *Locumtenens* y).

1563. *Michael de Mére Locumtenens* z).

1569. *Paulus Bornemisza* Episcopus Transilvaniensis, *Locumtenens*.

*) Manu Anon.

**) Manu Anon.

***) Manu Anon.

x) Anno 1562. moritur. *Nota Anon.*

y) 1564. 9. Sept. idem *Locumtenens*. *Nota Anon.*

z) Etiam 1569. idem *Locumtenens*. *Nota Anon.*

1570. *Antonius Verantius* Arch. Strigon. *Locumtenens*.

1572. *Emericus Czobor Locumtenens* aa).

1573. *Stephanus Radetius* Ep. *Locumtenens*.

1581. *Nicolaus Istránfi Propalat*.

1585. *Georgius Draskovics* Colocen. *Locumtenens*.

1587. *Stephanus Fejérkövy* Ep. *Locumtenens*.

1589. *Idem* Episcopus Nitrien. *Locumt.* *).

1591. *Stephanus Feyérkövy* Episcopus Agriensis, *Locumtenens* **).

1597. *Joannes Kutassy* Archiep. Strigon. *Locumtenens*.

1600. *Idem Joannes Kutassy*. ***).

1602. *Martinus Pethe* (de Hethes. A. E. Colocen. ****) *Locumtenens*.

aa) Anno 1576. idem reperitur. *Nota Anon.*

*) Manu Anon.

**) Manu Anon.

***) Manu Anon.

****) Manu Anon.

1606. *C. Franciscus Forgach* Archiep. Strigoniensis, *Locumtenens*.

1608. *C. Stephanus Illésházy* Palatinus.

1609. XIV. Aug. vacat. bb).

1610. *C. Georgius Thurzo* de Bethlemsfalva Palatinus.

1616. Idem *C. Georgius Thurzo* *).

1618. *C. Sigismundus Forgách* Palatinus cc).

1622. *C. Stanislaus Thurzo* Palatinus fit.

1625. *C. Nicolaus Eszterházy* Palatinus.

1646. *Joannes Draskovich* Palatinus fit.

1649. *C. Paulus Palfy* Palatinus. dd).

1654. *C. Franciscus Vesselényi* de Hadad Palatinus **).

1655. *C. Franciscus Vesselényi* de Hadad perpetuus in Murány, Palatinus.


bb) 1609. diaetaliter in festo OO. SS. *C. Georgius Thurzo* de Bethlenfalva creatur in Palatinum. *Nota Anon.*

*) Manu Anon.

cc) Anno 1621. 16. Julii moritur. *Nota Anon.*

dd) Anno 1653. moritur. *Nota Anon.*

**) Manu Anon.



1670. *Georgius Szelepcsényi* Archiepiscopus
Strigoniensis *Locumtenens* fit.

1673. *Joannes Caspar ab Ambringen* Gubernator.

1681. *C. Paulus Eszterházy*. Palatinus ee).

1712. *Princeps Paulus Eszterházy* Palatinus *).

1713. Vacat.

1714. *C. Nicolaus Pálffy* ab Erdőd Palatinus.

1731. *Stephanus Franciscus* Dux Lotharingiae *Locumtenens*.

1741. *C. Joannes Pálffy* ab Erdőd Palatinus.

1752. *Ludovicus Com. de Battyán* Palatinus.

1765. *Serenissimus Dux Albertus* *Locumtenens*.

ee) Anno 1688. fit princeps. *Nota Anon.*

*) *Manu Anon.*

